



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

90. De jejunio, comite Orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

De Iejunio, comite Orationis.

PUNCTUM XC.

IN plerisque Scripturæ locis jejuniū cum oratione junctū est. **Judith. 4.** *Exaudiens Dominus preces vestras, si manentes permaneritis in jejuniū, & orationibus.* **B^r.** In Esdra: Uriel ad eum: *Si oraveris, & jejunaveris septem diebus, audies iteratō horum majora.* Et *jejunari diebus septem ululans, & plorans, sicut mihi mandavit Vriel Angelus;* & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde. & iterum capi loqui coram Altissimo sermones. Tunc Vriel: *Si uerum rogareris, & iterum jejunaveris septem diebus, iterum tibi restabunt horum majora.* Sic semper jungit orationi jejuniū. Sic & Raphaël utrumque copulavit: *Bona est oratio cum jejuniū, & elemosyna. Jejunium enim, & elemosyna, ut inquit Basilius, alæ sunt, quæ preces nostras subvehunt in cælum.* Et Chrysostomus: *Orans cum jejunio geminas habet alas; & ipsis quidem ventis leviores.*

Idem. Ab eodem Chrysostom. jejuniū dicitur scholasticum, & meritum, hoc enim mentem elevat ad sublimia contemplanda, nam pinguis venter, ut ait Hieron. non gignit tenetum mentem. Et Bernardus: *Cibis repletus aprior est ad dormendum, & crapulam exhalandam, quam ad vigilandum, atque orandum. Accipiter non volat bene pascitus, nec intellectus post multas epulas elevatur Basil.* Daniel visionem non vidisset, si per jejuniū perspicaciorem animam nō fecisset, ex crasso enim alimento evaporationes velut fuliginosæ emittuntur. & instar densæ nubis illuminationes, quæ à Spiritu Sancto in mentem redundant, dirimunt, ac intercipiunt.

Iejuniū symbolum ueritatis. De onagro illo (ex D. Greg. symbolo jejunantium) qui clamorem exactoris (gulæ) non audiuit inquit Job: *Circumspicit mones pascuus eorum ueritatis, quoq; perquirit. Montes paluæ sunt aliae contemplationes internæ refractionis, quibus abstinen-*

Ates incentivis carnis castigatis, cœlesti dulcedine paenitentur.

Gula destruit orationem, *Nabuzardan, Ier. 3. 22.* Hebr. Princeps coquorum. Sic Gregorius: *Hebr. Destruxit murus Ierusalem, vel combusit Gregorius domum Dei, & omnes domos Ierusalem.* Hinc Hieron. Quando comedis, cogita, quod Hieron, statim orandum, vel legendum sit.

Cibus cum mensura sumendus.

PUNCTUM XCI.

Cibus tuus, quo vesceris, erit in pondere Ezech. 4. Viginti stateres in die. Ubi Mariana: *Marian, ibid.* Stater Græcis continet dimidiā unciam, sic etiam Isidor. Et aquam in mensura bibes sextam partem hinc; quæ mensura capit duodecim, aut quatuordecim uncias. Cibus, & potus (inquit Interlinearis) qui Interlineari magis mortem solam prohibeat, quam vires præbeat, qui mortem solam arceat, delicias nullas ministrat, hæc erat obsecrissis illis præscripta mensura: hæcque esse Christianorū debetur (inquit Lyranus) cujusque circumvallati, & obsecrissi Christiani mensura cibi, quo contra obsecrantes humani generis hostes vigilans, & impigeresse possit, quinque, aut sex uncias panis, totidem aquæ.

Vix paulo latior Lessius in Hygiasti condum ad vitam non solum tuendum, *Hygiasti sed & prorogandum quatuordecim concedit uncias.* Contraremunt ad has mensuras gulosi, sed revera natura paucis contenta. *Initium vita hominis Grecc, principium, hoc est fundamentum vita hominis panis, & aqua.*

Idem Ecclesiasticus disertis verbis: *Eccl. 31. Quam sufficiens est homini eruditio vinum exiguum! Et in dormiendo non laborabit ab illo, & non sentiet dolorem. Vigilia, cholera, & Victoria tenuitatem toritura, viro infunxit. Somnus sanitatis in commendata, homine parco, dormiet usque mane, & anima illius cum ipso delectabitur. Sunt hic pulcherrimæ observations pro commodiis temperantiarum, & incommodis gulæ: ad majorem emphasis quidam calegunt ad-*

N. 3 mira-